UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

V. An reservatio casuum extendatur ad peccata ante ejus promulgationem commissa?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

Visual Library

cere paratus ſit ad ſe poſtmodum ſuperiori denuo præſentandum: ut Celſitudo ſua fuſiùs declaravit, & in ſcholis ſuis publicè doceri præcepit.

Caput V.

An reſervatio caſuum extendatur ad peccata ante ejus promulgationem commiſſa?

185. *Reſpondetur diſtinguendo.*

185. Diſtinguendum eſt an reſervatio in rem aut ſinè adjectione temporis futuri præcisè concepta ſit: E. G. *Perjurium Judiciale*, &c. an verò cum adjectione temporis futuri E. G. *Qui perjurium judiciale commiſerit*, &c. in hoc ſecundo caſu perſpicuum eſt, reſervationem ad commiſſa ante promulgationem nequaquam extendi: alias verò, cùm reſervatio ſit limitatio juriſdictionis, principaliusque Confeſſarium, quàm Pœnitentem afficiat, non vides, quid ad rem faciat, quòd peccatum ante vel poſt reſervationem commiſ-

GI 36
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miſſum ſit, ſi ſacerdos poteſtate juri-
ſdictionali quoad abſolutionem ab illo
destitutus.

CAPUT VI.

An Pœnitens obligari poſſit detegendum extra confeſſionem Epiſcopo peccatum reſervatum?

186. *Hodie Peccator obligari non poteſt ad manifeſtanda occulta delicta ſua extra Sacramentum.*

186. OLim quidem inter forum internum & externum Ecclesiasticum vel nullum, vel modicum fuit diſcrimen, ut inter alia patet ex Decreto Burchardi. Nunc verò, postquam Tribunal duplex erectum est, ad externum publica; ad internum tum publica, tum occulta delicta in ordine ad emendationem & reparationem Pœnitentis pertineant: nullus pœnitens quidem obligari præcisè poteſt, ſecundum præſentem Eccleſiæ diſciplinam, ad ma-
ſel